

Eugenius episcopus^a servus servorum Dei karissimo in^b Christo^b filio^b Lodewico^c illustri et glorioso^d Francorum regi et dilectis filiis principibus^e et universis Dei fidelibus^f per^g Galliam^g constitutis^g salutem et apostolicam benedictionem.

Quantum praedecessores nostri Romani pontifices pro libera- 5
tione orientalis ecclesie laboraverint^h, antiquorum relatione didi-
cimus et in gestisⁱ eorum scriptumⁱ repperimus^k. Predecessor
etenim noster felicitis memorie Urbanus papa^l tamquam tuba^m ce-
lestis^m intonuitⁿ et ad^o ipsius deliberationem^p sancte Romane
ecclesie filios de diversis^q mundi partibus sollicitare curavit. Ad 10
ipsius siquidem vocem ultramontani et precipue Francorum regni
fortissimi et strenui bellatores et illi etiam de^r Italia^r caritatis
ardore succensi convenerunt et maximo congregato exercitu, non
sine magna proprii sanguinis effusione, divino eos auxilio comi-
tante, civitatem illam, in qua salvator^s noster pro nobis^s pati voluit 15
et gloriosum ipsius^t sepulchrum^u passionis sue nobis^v memoriale
dimisit, et quamplures alias, quas^w prolixitatem vitantes memo-
rare^x supersedimus, a paganorum^y spurcicia^y liberarunt^z. Que^a
per gratiam Dei et patrum vestrorum^b studium, qui per intervalla
temporum^c eas defendere^d et Christianum^e nomen in partibus illis 20
dilatare pro viribus studuerunt, usque ad nostra tempora a Christia-
nis detente sunt, et alie urbes infidelium ab ipsis viriliter expugnate.
Nunc autem nostris et ipsius populi peccatis exigentibus, quod^f
sine^f magno dolore et gemitu proferre non^g possumus, Edissa^h
civitas, que nostra linguaⁱ Roas^k dicitur, que etiam, ut^l fertur^l, 25
cum^m quondam inⁿ orienteⁿ tota^o terra a paganis detineretur,
ipsa sola sub Christianorum^p potestate Domino serviebat, ab ini-
micis crucis^p Christi capta est, et multa castella Christianorum

a) om. *M.* b) om. *L.* c) Lodwico *L.* d) gloriosissimo *L.*
e) karissimo — principibus et om. *MO.* f) fidelibus Dei *M.* g) om. *M.*
h) laboraverunt *O.* i) et scriptis eorum *M.* k) reperimus *O.* l) om. *O.*
m) celestis tuba *L.* n) insonuit *O.* o) om. *L.* p) deliberatione *L.*
liberationem *O. NU II.* q) diversi *O.* universis *L.* r) om. *O.* s) pro
nobis salvator noster *O.* t) eius *L.* u) immo add. *L.* quod add. *O.*
v) om. *L.* w) que *O.* x) om. *L.* y) spurcicia paganorum *L.*
z) liberavit *MO.* a) Quem *M.* b) nostrorum *O. NU II.* c) tem-
poris *O.* d) defensare *O.* e) Christiani *M.* f) quod non sine *M.*
g) om. *M.* h) Edessa *SO. NU II.* i) om. *O.* k) Roais *O.* l) om. *L.*
m) om. *O.* n) om. *M.* o) cum tota *O.* p) om. *M.*

8 papa] papa Urbanus *Fr.* 25 Roas] Rohais *Fr.* 28 castella
Christianorum] Christianorum castella *Fr.*